



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata,
Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus,
Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiæ
forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XIX. De recursibus ad Magistratus sœculares in causis ecclesiasticis,
& spiritualibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74090)

ubi de illis attentatis agatur, quæ gesta sint in spatum appellationis, quoniam non debet quis potiri beneficio illius legis, quam contemnit; Adhuc tamen suspensiva appellatio congrue, quandoque cadere solet, non ab ipsis attentatis, eorumque purgatione (presupposita eorum existentia,) sed a mala declaratione ipsius existentie, quando attentata pendeant ab alio puncto facti, vel juris, super quo questio existat probabiliter dubia; Ideoque desuper cadat iudicis declaratio, à qua, non autem ab ipsis attentatis, appellatio suspensiva admittenda est. decif. 52. par. 11. rec. Eodem modo quo in literis Apostolicis, pluribusque similibus privilegiis in jure habemus, ex deductis in appellationum Rubrica.

Ut puta sub probabili questione est, an i's legitime introducta dicatur, ac pendeat, nec ne, quia nempe ex parte ilius, cui objiciuntur attentata, iste pendente, ista negetur; Sive sub questione sit, an decretum, vel sententia exequutioni demandata post interpositam appellationem, vel infra tempus datum ad appellandum, sit appellabilis, necne, unde propterea ille cui attentata objiciuntur, neget illorum fundatum, ex natura, vel privilegio causæ, cum similibus; Et tunc, quoties iste punctus non sit clarus, adeo ut sit affectata, & improbabilis probatio, ab ista declaratione intrat appellatio, quoniam in hoc Judex decipi potuit; Ideoque firmum remanet, id quod plures insinuatum est, atque penè generaliter in omnibus forensibus questib'bus, dicendum videtur, quod scilicet, istæ sunt questiones, facti potius, & applicatio-
nis, quam juris pro facti particulari qualitate decidenda, quodque eroneum est cum solis generalitatibus procedere; Eodem modo quo supra advertitur, circa interpositionem arbitrii super suspensione, vel rejectione purgationis, quod scilicet totum pendet ab attentatorum qualitate, & an sint dolosa, vel non dolosa, sive excusabilia, vel inexcusabilia; Vel circa modum purgationis, an sc. & quando sufficiat sola verba-
lis, mediante renunciatione illis actis, ex quibus attentata desumuntur cum similibus.

Atque in hoc sonsu generaliter recipienda est illa propositio, quod pauperis Doctoris est, procedere cum regulis generalibus; Id est quod judicandum non est cum solis generalitatibus in abstracto, sed principaliter immorandum est super concreto, ac super congrua, regularum, & principiorum juris applicatione ad casum, spe-
cata ratione, vel fine, ac effectu, ob quos juris regulæ prodierunt, non autem ut Doctoris di-
vitæ consistant in contemptibili collectorum, seu pragmaticorum usu, replendi chartas inutiliter allegationibus extra propositum, vel sine congrua applicatione.

Super natura, seu qualitate sententiae, vel de-
creti, pro revocatione attentatorum, questio
cadit, an diffinitivæ, vel interloquitorii speciem habeat; Regula vero est, juxta hanc secundam speciem, ea tamen plures recipit limitationes, & præsertim, ut eam non habeat interloquitorii naturam, quod idem Judex reponere valeat, quod tamen à Tribunalium stylis nimium pen-
det. de his Lancellott. de attent. par. 3. cap. 28. à num.
17. Gratian. discept. 55. Canular. decif. 376.

Attentatorum autem revocationem peti non posse post conclusum in causa, in ea tamen instantia, plerique volunt. Mantic. decif. 33. ubi alle-
gan' Lancellott. & ali. Quod tamen pariter pro

Tribunalium diverso stylo est recipiendum.

Super appellatione extrajudiciali, questio
cadere solet, an causet attentata; Et licet opinio-
num diversitas dignoscatur; Attamen ab ipsius appellationis justitia, vel injustitia, sive ab actus natura, vel qualitate decisionem recipit, & an subjecta materia dilationem patiatur. Vestr. in pr.
l. 3. c. 7. Buratt. dec. 771. & 859. dec. 279. par. 9. rec-
decif. 104. par. 10. & habetur in materia juris patro-
natus, & in illa electionis.

Excommunicationis exceptio non impedit
quo minus opponitur de attentatis, eorumque
revocatione petatur Gonza. ad. reg. 8. §. 7. proem. n.
239. Buratt. & add. decif. 72.

Coram eo Judge attentatorum revocatio
peti debet, cujus maiestas læsa fuit; Non tamen
impeditum est coram Judge alterius instantie
eā peti, si in præcedenti instantia neglecta fu-
erit. Buratt. & add. dec. 72. & 77. Bieb. dec. 515. in fin.

Quomodo autem purgata dicantur, & an sola
verbalis renunciatio sufficiat, & an sufficiat re-
nunciare in actis possessioni, aliique actis, &
quomodo hæc renunciatio fieri debeat, ex facti
qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis
pendet, spectato scilicet fine, vel effectu, non
autem attenta verborum formalitate. Bur-
att. decif. 126. Othob. decif. 272. & 446. Coccin. de-
cif. 371.

Illorum attentatorum qua lita pendente ge-
sta prætenduntur, non petiuntur revocatione, neque
opponitur per eum, qui jurisdictionem declina-
vit. Buratt. dec. 212. dec. 102. par. 6. rec.

Equiparantur spolio violento, atque cum eius-
dem terminis regulantur. Gregor. dec. 330. Buratt.
& add. decif. 542.

Actus consequitivi alteri actui, qui appella-
tionem præcedat, non sunt attentati, nisi inhibi-
tio inter unum, & alium actum accedat. Buratt.
dec. 859. Gregor. dec. 251. dec. 426. par. 5. rec. Duno-
zett. dec. 690. dec. 178. par. 10. rec.

Quamvis autem contumax non verus, etiam
post decem dies admittantur ad appellandum,
ut in appellationis Rubrica advertitur; Non per
hoc tamen exequatio post lapsum dictum ter-
minum attentata dici potest, bene tamen ex ca-
pite injustitiae revocanda venit. Vestr. in prax. l. 8. 71
c. 4. Dunozett. dec. 787.

Quando vero attentata pendent à negotio
principal, tunc de isto videri debere, antiquus
est Rota stylus demandare. Lancellott. p. 3. cap. 24.
quest. 19. dec. 574. par. 3. divers. l. 3.

Premissa vero, quæ magis in foro, atque in
praxi frequenter memoria suppetit, vel dispu-
tandi occasio dedit, adnotasse sufficiat; Pro reli-
quis autem minus contingibilibus, apud eos, qui
materiam ex professo tractant, sive apud practi-
cæ formales professores, recurri poterit. Lancel-
lott. de attentat. ac etiam Ridolph. in praxi, aliquæ pra-
etici.

De recursibus ad Magistratus fœculares
in causis Ecclesiasticis, & spiritua-
libus.

S V M M A R I V M.

I N Curia est frequens ista materia.

I 2. Vbi nam recursus sint frequentes.

3. De panis contra recurrentes.

4. De recursum renunciatione, ac purgatione, in quo
consistant.

§ Su-

- 3 Super quibus cadere solent questiones in materia.
 6 De probatione recursum, & quando sufficiat presumpta.
 7 & 8 De eodem cum distinctione effectuum, ac declaratione.
 9 De distinctione inter probationem presumptam, & probationem veram per presumptiones.
 10 Contra impudentem leviores probations sufficiunt.
 11 An probatio presumpta intret cum corporibus unitis
verislibus.
 12 Quid ubi sint plures interessati, unde intret incertitudo.
 13 De recursibus habitis per procuratores, vel negotiorum gestores, vel tertios.
 14 Quando dicatur bene facta paratio, vel renunciatio recursum.
 15 Quid ubi aliqui renuncient, & pareant. Alii vero non.
 16 De requisitis necessariis ad concludendam probationem recursum.
 17 Quando licet recurrere ad Magistratum tanquam virum potentem ratione defensionis, & non dicatur recursus illicitus.
 18 De eodem, & quomodo id intelligendum sit.
 19 Trahere clericos, vel personas ecclesiasticas ad forum secularium, an importet recursus.

DISC. XIX.

AD impedientium causae cursum, vel progressum, ad instar eorum, quae de attentatis disc. precedenti habentur, objici frequenter solet de recursibus ad judices, & Magistratus secularis; Idque præsertim pro frequentiori contingencia praxis docet in causis beneficialibus, vel alius ecclesiasticis Hispaniarum, ubi ob illos stylos, frequentior, ac facilior est recursus ad secularis Magistratus, qui prætendant habere quamdam cognitionem causarum ecclesiasticarum, vel spiritualium, etiam super exequitione literarum Apostolicarum, ex motivo, vel prætextu occurrenti violentiis, & ne iste committantur, juxta ea quae habentur apud plures hispanos Doctores, qui volumina desuper considerare curarunt.

Inter plures etenim penas, quae per Sacros Canones, & Apostolicas Constitutiones, vel conciliaria decreta, imposita sunt recurrentibus ad Judices & Magistratus secularis, in causis ecclesiasticis, vel spiritualibus, pro impedimento ecclesiastica, vel spiritualis iurisdictionis, illas præsertim incursum censurarum, est quoque ista, quae ab attentatis, ac etiam a spolio resultat, denegationis audientiae, quod tamen recurrens, audiri non debet, neque sui juris, vel actionis exercitium, vel prosequitio ei competit, nisi recursum purgatio prece dat cum eorum renunciatione. Buratt. dec. 446. Bich. dict. 282. & in miscellan. Eccl. disc. 17.

Neque verbalis renunciatio sufficit, sed etiam realis, & effectiva requiritur, id est curando quod revocentur inhibitiones, & impedimenta, cum omnibus exinde sequuntur; Ac etiam cum refactione expensarum, ac damnorum, & interesse, eodem modo quo in attentatis supra disc. prædicti advertitur, cum haec fere in omnibus fraternizare videantur, apud supra allegatos & per add. ad Buratt. dec. 416. Ideoque circa renunciationis, seu purgationis partes accessorias, quae consistunt in dicta refactione expensarum, ac damnorum interesse, quoties revera sequuta est effectiva celsatio recursus in negotio principalis intrat eadem consideratio probabilis vel improbabilis excu-

sationis pro regulatione arbitrii, ad eout pariter mitter ex facti qualitate & circumstantiis totum pendeat.

Majores autem questiones in hac materia, super duobus circumferri solent; Primo nempe, super eorumdem recursum probatione, quod scilicet illa impedimenta, quæ per Magistratus secularis præstantur, a colligante proveniant; Et secundum super eorum qualitate, an scilicet, & quando, dicantur veri recursus, ut supra, prohibiti, & punibiles.

Quatenus itaque pertinet ad primum; Ut plurimum res solet esse difficultis probationis, dum ad eludendas penas id fieri solet in occulto, & per tertias manus, ut negari valeat; Et per consequens sufficit præsumptio generalis, quod illi habiti censeantur per illum, cuius interest talia impedimenta præstari. Greg. & add. dec. 96. Caval. dec. 372. & 529. Buratt. & add. cum aliis d. disc. 17.

Procedit autem ista præsumptio, ad effectum minoris præjudicii denegationis audientiae, ac impediendi præsumpto recurrenti, ulteriore ejus actionis, vel cause progressum, & ad quem effectum de hoc proprii in presenti agitur; Secundus autem, ad graviores effectus penarum, præferti millius censurarum, & præcipue excommunicationis, quæ (ut alibi pluries adverterit,) cum sit pena gravis & ordinaria, exigit perfectam, & concludentem probationem delicti, quoniam; Aliud est considerare præsumptionem, vel diffamationem criminis, ad effectum subtrahendi beneficia, sive ad effectum impediendi emolumenti acquisitionem; Aliud vero, ad effectum penarum formalium in persona vel in anima, sive in bonis, vel iuriis jam obtentis, juxta distinctionem in beneficiali materia receptam ac frequentem, de benef. disc. 70. & 71. à qua etiam inferri potest ad omnia similia quibus eadem congruat ratio, atque in his terminis specialibus, ita distinguendo sæpius Rota firmavit.

Verum quia sæpius, pro casuum contingentia, nihil interest recurrentis, quod audientia sibi denegetur, atq; causa progressus impediatur, quia nempe, sit jam condemnatus ad aliquid præstandum, vel faciendum, unde propterea, ad eludendas exequitoriales, vel mādata de parendo, vel ad impediendum exequitionem alicujus Apostolicæ provisionis, mediatis recursibus curerit impedimentum præstari, juxta casum prædictum sæpius alia occasione enunciatum Capituli Cæsaraustan, cum similibus. *in de præm. disc. 3. & seqq. & in Miscell. Eccl. d. disc. 17.* Hinc proinde, ab aliquo moderno tempore oportuit (rationabiliter quidem) introducere quoque processum ad dictas penas, & præsertim ad illam censurarum, ad quarum arma videtur hodie de facto (deplorabiliter quidem,) restricta protestas Iudicium & Tribunalium ecclesiasticorum extra temporalem Ecclesiæ diutionem, etiam cum clericis, secularibus, vel regularibus, ob hujusmodi recursum extensionem, vel usum, juxta casum de quo d. disc. 17. in Miscell. & apud Bich. dicta dec. 282. ad instar, cum de facili in malo detur imitatio, ac extensis; Procedendo sc. ad censuras, etiam per præsumptiones, & argumenta, ob nimiam difficultatem, ac penè impossibilitatem probationis concludentis, eo quia Magistratus secularis, eorumque Notarii, vel Cancelleri, nunquam concedit acta, & comparationes. apud Bich. d. dec. 282. Caval. dec. 529. Buratt. & add. dict. dec. 416. & 446.

Ut enim in omni materia frequenter receper-

tum

rum habemus, in proposito probationum; aliud est probatio præsumpta; Aliud vero est probatio vera, & perfecta, qua ex præsumptionibus & administriculis pluribus simul junctis perfici seu concludi valeat.

Altera quoque in idem accedente conclusio ne in eadem materia probationum, quod ubi ex facto Patis, ac ob iusta impedimenta, ea perfecta, & concludens fieri non potest, tunc etiam levius, ac imperfecta sufficit. *Infra disc. 22.*

Prout in punto juris, dicta præsumptio intrare non videtur, nisi cum personis singularibus non autem cum corporibus politicis, vel universalibus, ut sunt Capitula, & Collegia, & similia Buratt. dec. 536. Et tamen modernis temporibus oportuit, etiam cum Capitulis, & corporibus universalibus ex ista causa recursuum, ad censuras procedere, qua cum illis sunt practicabiles, nempe suspensionis & interdicti, procedendo etiam ad excommunicationem, contra illas singulares personas, de eodem corpore, quas etiam administricative constet esse rebelles, & contumaces, ac impedire ne ipsam corpus pareat Superiorum mandatis, *dicto disc. 3. de prement. d. 23 de bnef. & dicto d. 17 in Miscellan. Ecclesiast.*

Idque pro facti qualitate, & circumstantiis, contingit in casu, in quo sint plures in causa interessati, unde propterea incertum sit, ex cuiusnam parte recursus habiti sint; Licit enim regulariter, ex causa incertitudinis, contra neminem, ad pœnas procedi valeat; Attamen cum ita manus resulteret effectus de facto, absque punitione vel remedio; Idcirco eodem modo, quo de corporibus universalibus dictum est, arbitrium dilatari potest, procedendo contra omnes; Vel quia inter eos intrat aliqua præsumptio collusio; Vel quia intrent regulæ Criminalistarum, quod ubi agatur de delicto commisso in loco, in quo plures erant personæ, absque eo quod certificari valeat delinquens, contra omnes procedi potest, cum similibus; Ac etiam quia molestando omnes, tunc illi, qui sint innocentes, ad proprias molestias evitandas, solliciti erunt inquirere, ac patet facere culposos, cum in hujusmodi occulis actibus, ex quibus tamen, certus, ac patens resultat effectus, expedit, à juris transmisibus recedere, atque reputetur ordo, ordinem non servare, ut quandoq; Rote praxis docet.

Contingit etiam, ut probationes expressæ vel administricative recursum, habeantur contra Procuratores, de quorum mandato speciali non constet, ut in punto juris, præsertim ad effectum in cursus censurarum requiritur; Verum pariter ab hac regula receditur, in illis casibus, in quibus (ut supra) nil interstit recurrentis, quod sibi attendient denegetur, eo quia agatur ad effectum impediendi exequutionem judicati, dum ita facilis esset collusio, occultando mandatum & obtinendo intentum, vel effectum recursuum sine punitione; Ideoque consuevit practicari idem quod supra, circa probationes præsumptas, vel administricativas, ut scilicet illi, sub cuius nomine, alter recursum habuerit, non sufficiat dicere, quod nullum desuper mandatum dede- rit, dum ipse tenetur de facto removere impedimentum, ac parere, atque alias, id non agendo, convincitur de culpa; Ideoque intrat præsumpta probatio ratihabitionis, vel præcedentis mandati, cum in his materiis, non currentur verba, sed attendantur facta, *apud Bich. dicta dec. 282. cum aliis supra alleg. & dicto disc. 17. in Miscellan.*

Eodem modo quo, in materia partitionis habemus, quod sc. in iis, quae consistunt in aliquo facto positivo, non sufficiunt verbales declarations vel oblationes, quantumvis amplæ, & humiles, nisi sequantur facta, quae respondent verbis, quoniā bona verba, cum factis malis, potius majorem malitiam, maioremque contumaciam arguant. *dicto disc. 17. in Miscellan. Ecclesiast.*

Atque hinc, bene, ac rationabiliter, in facti contingentia decisum fuit, ut illi, qui de Capitulo, vel de alio corpore, se promptos, ac obedientes exhibent, omneque possibile, ex eorum parte agunt, ut pareatur ab aliis, excusabiles quidem reputari debeant, ac soleant à censuris personalibus; sed non excusentur à censuris, altisque pœnis universalibus vel communis, & præsertim circa utrum actuum jurisdictionalium, vel præminentialium, ne alias collusive illi, de corpore se dividant, atque mediantiis illis qui verbaliter tantum obediunt, conserventur, ac obtineantur jura illius corporis, quod factis est contumax, ac inobediens spectato effectu. *dicto disc. 23. de benef. & d. disc. 17. in Miscellan. Ecclesiast.*

Ita etenim lex, prudenter, ac rationabiliter statuit; Verum ab eis deviare oportet, ob fraudes ab humana malitia adinventas, ad ejusdem legis dispositionem eludendam; Ut in specie habemus in hac materia recursum, quod scilicet ad illos concludendos, in punto juris plura desiderantur requisita; Primo nempe ut recursus fuerit, cum petitione inhibitionis, quæ fiat Judici vel exequitorie ecclesiastico in forma jurisdictionali & auctoritativa; Secundo ejusdem inhibitionis concessio; Et tertio ejus effectuatio, cum in hac materia non puniatur effectus, non sequito effectu. *dicta dec. 282. Bich. cum aliis d. disc. 17. Miscellan. Ecclesiast.*

Unde propterea si recurritur ad Magistratum secularium, tanquam ad virum potentem, pro sola defensione in eis juribus, vel possessione de facto, ut scilicet ipsum recurrentem tuteatur, eique assistant adversus molestias, & turbations amuli, tali casu non dicitur recursus illicitus, & punibilis ut supra. *decis. 240. par. 7. rec. decis. 212. post 2. vol. consil. Farinac. & apud Bich. dicta dec. 282.*

Verum cum hujusmodi declarations deseruire caperint pro pallio, ad fraudandum & cooperiendum recursus formales; Hinc proinde bene aliquando decisum est, ut procedi debeat cum toties insinuata mea geniali propositione, omnium rerum regulatrice, ut scilicet non formalitas verborum, seu substantia facti, seu veritatis attendi debeat; Et per consequens, si effectu iste efficietur, iste sequatur, eo modo, quo sequeatur, si habitus esset recursus formalis, cum dictis requisitis, tunc iste effectus attendendus est.

Ideoque inspicendum venit, an illa detensio de facto, quam recurrens obtinuit a Magistratu, sive illud impedimentum, quod iste præstabilit, sequi potuisse parimenter ex assistenti alterius viri privati, qui non esset in magistratu, sed esset vir potens ratione clientelæ, vel adhaerentia, sive numerosa familia; Vel potius id referendum sit laicali jurisdictioni, ac muneri, seu Magistrati, sine quibus impedimentū sequuntur non esset, adeo ut in effectu adsit inhibitio, quamvis non adsit eius formalitas; Puta quia, ille Magistratus, ad quem haberi solent recursus, & cui competit jus concedendi hujusmodi inhibitiones, per se ipsum, vel per aliquem ejus oratorem, seu

seu ministrum, Judici, vel exequatori ecclesiastico, retentus, (atque (ut vulgo dicitur) per ambasciata, quamvis urbanè concepta sit, in effectu inhibeat, atque impedimentum praest; & per consequens punctus est in effectu, non autem in formalitate verborum, apud proxime allegatos, & dicto disc. 17. in Miscellan.

Di &a verò requisita, ex quibus, formalis recursus verificari dicitur, considerari solent, ad effectum, ut trahere clericum, vel personam ecclesiasticam ad forum laicalem, seu etiam laicum in causa tamen merè ecclesiastica, & spirituali, etiam in iis, quæ sunt juris importet quidem incursum aliarum pecuniarum, quæ per sacros Canones infictæ sunt, contra huiusmodi trahentes, non tamen dicantur recursus, minusque intrent censura contenta in Bulla Cena; Ita etenim in ea parte, in qua detrahentibus loquitur, procedit in ipsis Judicibus, & Magistratibus, qui jurisdictioniter, & auctoritative trahunt, non autem in Partibus, quæ trahi curant, vel petunt, quoties non verificantur dicta alia requisita, cum recursus propriè confitente dicantur in impedimentis, quæ Judici vel exequotori ecclesiastico praestantur, ne eius jurisdictionem, & auctoritatem exerceat, atque sibi incumbentes partes expletas, spectato (ut dictum est) effectu, vel substantia veritatis, non autem immorando in formalibus, dicto disc. 17. in Miscellan.

De aliis causis, vel exceptionibus, quæ judicij, vel cause cursum impediunt, & respectivè audientia denegationem causant, nempe; De spolio; De contumacia; Et de intentione possessori; Aut de clausulis præjudicibus; De excommunicatione; De munere publico; De transactione, & perjurio; Et de non implemento, seu de contraventione.

S V M M A R I V M.

- 1 Spolium impedit progressum judicij, & possessori denegatur audientia, donec purget spolium.
 - 2 In quo purgatio consistat.
 - 4 Quando huius purgationis suspensio concedatur.
 - 3 An audientia denegari etiam debeat in aliis causis.
 - 5 Opponente parte ut prius terminetur judicium possessorum manutentionis, procedi non potest in causa petitorum.
 - 6 An pro isto possessorio probari debeat turbatio.
 - 7 De cumulatione possessorii cum petitorio remissive.
 - 8 Contumaci deneganda est audientia.
 - 9 Transactio impedit litis ingressum, vel progressum.
 - 10 Idem de clausulis præjudicibus, putat clausula sublata, & similibus.
 - 11 De concessione aperitionis oris adversus istas clausulas, earumque reductione cum distinctione.
 - 12 Gratia male exortæ debent revocari.
 - 13 Magistratus quando debeat abstinere ab exequitione gratia Principis.
 - 14 Quare super dicta aperitione oris cognoscatur de meritis.
 - 15 Dicta clausule de quibus num. 10. non impediunt cognosci de non comprehensione.
- Card. de Luca de judicis & judicialibus.

- 16 Quid referat, an una vel plures clausulae praedictæ obstant.
- 17 Quod in Curia adhuc debeat abstineri ob recursum ad Principem.
- 18 Excommunicatus, an & quando posse esse in iudicio.
- 19 De exceptione, quod colligans sit in publico Magistratu.
- 20 De exceptione hostica.
- 21 De perjurio.
- 22 De non implemento, seu contraventione.

D I S C . X X .

NON solum ex causis attentatorum, & recursuum ad Magistratus seculares, judiciorum, seu causarum progressus, vel respectivè ipsius initium impeditur, ob audiencia denegationem; Verum etiam ex plerisque aliis eundem effectum, in toto, vel in parte operantibus; Et praesertim, ex causa spoliis violenti, quod parvifomeriter in iure reputatur ac attentata, eumque operatur effectum; & consequenter, spoliator, vel attentator pari passu ambulant, ut quemadmodum de attentatore supra dictum est, ita etiam de spoliatore dicendum veniat, ut scilicet ei denegari debeat audiencia, donec sequatur purgatio spoliis, Buratt. & add. decis. 731. & 449. & 848. Otthob. decis. 104.

Ista verò purgatio parvifomeriter consistit, in plena reintegrazione spoliati, tam circa ipsam rem, in qua spolium commissum sit, quam etiam circa fructus, vel expensas, omniaque damna, & interesæ, quamcumque compensatione, vel retentione denegata, apud proxime allegatos.

Cadentibus eisdem distinctionibus, & considerationibus, circa huiusmodi purgationem, eiusque suspensionem, quæ cadunt in dicta attentatorum materia, adeo ut ea, quæ ibi dicuntur, penè in omnibus huic materia quoque congruant; Ideoque repetendum non est.

Dispari tamen solet, an ista pena denegationis audienda, procedat solum in causa vertente super ea re, in qua spolium commissum sit, veletiam in aliis causis, cum eodem spoliato, sive cum aliis coram ipso Judice pendentibus, vel initiantibus; Atque cum distinctione qualitatæ spoliis procedi solet, an scilicet sit verum, ac violentum, pro quo competit interdictum, unde vi, vel portius imprærium sive interprætativum, ut primo casu obstat etiam pro causis diversis, non autem in secundo, add. ad Buratt. dicta decis. 731. num. 8.

Impedimentum quoque judicij prosecutioni, vel initio præstare solet privilegium alterius possessorii retinendæ, quod vulgo manutentionis dicimus, qui nempe ubi colligans prætentit se turbari in possessione, in qua reperiatur, vel reperiatur, seu esse debere prætendat, ac propterea, suspenso quamcumque petitorio, petat prius sibi decerni hoc possessorium; Tunc id impedit cursum cause principali in petitorio, atque super possessorio prius est providendum, alias nulliter proceditur, cum ita virtualiter, vel implicitè adesse videatur eadem ratio, quæ viget in spolio violento, quoniam licet non adsit violentum, adhuc tamen, ita adesse dicitur turbativum, seu interprætativum, infra in disc. in quo agitur de hoc possessorio retinende.

Neque juxta magis communem, ac receptam opinionem, necessaria est turbationis, ac molestiarum, positiva probatio, sed sufficit illa possessionis,

F

quoniam